


**Prorector Et Senatus Academiae Kiloniensis Fumus Ducturis Heredibus
Praenobilissimae Omniaque Virtutum Splendore Clarissimae Matronae Annae
Kortholtiae Natae Kirchhofiae, Viri Quondam Magnifici Summeque Reverendi
Christiani Kortholti, SS. Theol. Doctoris ... Relictae Viduae, Die XXIX. Ianuar.
MDCCXIII. Pie Defunctae ... Academiae Cives Kortholtianique Nominis
Aestimators, Humanissime Invitant Et Hortantur**

Kiloni[i]: Typis Bartholdi Revtheri, MDCCXIII.

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1733542701>

Druck Freier  Zugang





Small, light-colored rectangular label on the left edge, possibly containing a title or author name, but the text is illegible.

Small, light-colored rectangular label on the left edge, containing handwritten text: "II.", "40", and "00".

enth. 32 Stücke

J 2 II

1899 / 500

-40

PRORECTOR
ET
SENATVS ACADEMIAE
KILONIENSIS
FVNVS DVCTVRIS HEREDIBVS
PRAENOBILISSIMAE OMNIQVE VIRTVTVM
SPLENDORE CLARISSIMAE
MATRONAE
ANNAE KORTHOLTIAE
NATAE KIRCHHOFIAE,
VIRI QVONDAM MAGNIFICI SVMMEQVE REVERENDI
CHRISTIANI KORTHOLTI,
SS. THEOL. DOCTORIS ET PROFESSORIS PRIMA-
RII, VNIVERSITATISQVE HVIVS PROCANCELLARII
LONGE MERITISSIMI
RELICTAE VIDVAE,
DIE XXIIIX. IANVAR. clō 1000XIII. PIE DEFVNCTAE,
ET
DIE I. FEBRVAR. HORA VIII. VESPERTINA BORDESHOLMIVM EFFERENDAE
VT PRAESTO SINT
ACADEMIAE CIVES
KORTHOLTIANIQVE NOMINIS AESTVMATORES,
HVMANISSIME
INVITANT ET HORTANTVR.

KILONI,
Typis BARTHOLDI REVThERI, Acad. Typogr.
ANNO clō 1000XIII.



Faucae admodum effluxere hebdomades dierum, cum ad solemne humanitatis officium nobilissimo praestantissimoque iuueni, in ipso aetatis flore defuncto, exhibendum vestram, CIVES, expeteremus praesentiam. Nunc vero indicendum funus est feminae, ut virtutum ita pariter annorum in hac vita cum laude peractorum numero satis conspicuae, ANNAE, natae KIRCHHOFIAE, viduae KORTHOLTIAE. Enimuero quando iuuenes obunt diem, qui vix aetatis suae fructus explicare in publicum coeperunt, aliquid quasi violenti interuenire, ipseque naturae ordo videtur turbari; cum autem senes decedunt, qui non exiguum vitae spatium emensi, infirmo dudum praediti fuerunt corpore, naturalis maxime minimeque violentus illorum ceniatur obitus. Quid enim magis secundum naturam fieri putabimus, quam cum non lenta tabes, aut aliud morbi genus, postquam diu saeuit in corpus miserum, sed ipsa annorum maturitas nos finit? Quid magis rerum ordini conuenire existimemus, quam ut pueritiam adolescentia, adolescentiam iuuentus, iuuentutem virilis aetas, virilem denique aetatem senectus excipiat, hancque tandem proprius illius terminus, mors sequatur? Istos autem vitae gradus cum non omnes simili virtutis via transeant homines, illi demum promeritas mortalitatis cum laude peractae adoras consequuntur, qui suis rite partibus in huius vitae cursu defungi laborarunt. Quod, si de quoquam affirmare licet hominum, de matrona certe, cuius haec scribuntur memoriae, verissime dici potest. Ita enim illis omnibus, quae summam in isto sexu laudem conficere solent, praestitit instructaque fuit, ut superfuisse aliquid potius, quam defuisse ei videatur. Cuius rei cum tot egregia erga Deum hominesque inter nos extent specimina, ut vniuersa ciuitas nostra hanc ei laudem communi pridem suffragio detulerit, quid aequius est, quam talis tantaeque feminae vitam, viuis coloribus tanquam in imagine depictam, in exemplum aliis, eandem viam ingressuris, ob oculos proponi? Nata est ANNA nostra Rostochii, celeberrima Ducatus Mecklenburgici ciuitate, a. d. XXIV. Martii anno dco lxxlvi. patremque habuit virum, spectatissimum integerrimumque HENRICVM KIRCHHOFIVM, ciuem ac negotiatorem ibidem florentissimum; matrem vero ANNAM BLVTHIAM, omnium virtutum, quae sexum femineum ornant, apparatu instructissimam, quod, si aliunde constaret minus, tantae certe virtutis nata abunde testari posset. Solent enim nasci ferme ex bonis bona, & quae in parentibus olim virtus emicuit, ea in liberis etiam elucere plerumque solet. Lufrata fonte sacro adoleuit in omni sanctitate & pietate, vtrumque studens, ut animum iuxta & corpus castum ac integrum sibi seruaret; sed & in illud incubuit, ut ad ea, quae muliebrem sexum maxime decent, sedulo atque solícite informaretur. Quod quidem eo facilius fieri poterat, quo praeclariorem ex parentibus hauserat indolem, omnis virgineae laudis capacissimam. Quo etiam factum est, ut neque saeculi indueret mores, siquidem nonnunquam eisdem inuolui contingeret, neque putaret admittendum, quicquid domestica ratio improbaret. Talis cum esset nostra, nec quicquam ei scientiae ad rem familiarem prudenter regendam deesset, non sine singulari diuini Numinis prouidentia factum est, ut ingenio moribusque eius penitus perspectis, eandem matrimoniio sibi iungeret Theologus immortalium in Academiam nostram, quin totam Ecclesiam, me-

ritorum

ritorum laude famaue dudum inclutus CHRISTIANVS KORTHOLTVS, cuius solo nomine cum omnem honoris titulum complectimur, merita non assequimur. Factum id Rostochii, vbi tum Graecas literas publice docebat vir celeberrimus d. XXVI. Aprilis anno cło 1644. Secuta hinc maritum anno sequenti Kilonium, quorsum in recens tunc conditam Academiam a Serenissimo Principe CHRISTIANO ALBERTO euocato secundus inter Theologiae Professores ordinarios assignabatur locus, ex quo tamen paucos post annos in primum ascendens, demum Magnifici Academiae Procancellarii, qua ad mortem vsque eminuit, dignitate ornatus est. Quam suaue vero quamque iucundum istud coniugii fuerit vinculum, quid attinet dicere, cum mores & vtriusque voluntatis instituta conspirauerint perpetuo, nec per totos, quibus vna vixere, xxx annos alter inuenerit facile, de altero iure quod conquereretur. Accessit foecunditas quinque filiorum totidemq; filiarum, puerperio laeta; ex quibus praecipiti funere in tenera aetate erepti sunt filius & filia, reliqui autem octo adhuc superstites, tam piae tamque indulgentis genetricis funus acerbissimo dolore prosequuntur. Filiarum natu maxima ANNA, Viro quondam maxime reuerendo amplissimoque IOACHIMO LINDEMANNO, SS. Theol. Doctori, in Academia Rostochiensis Physices & Metaph. Professore & ad D. Mariae Archidiacono longe meritissimo; secundum genita AVGVSTA CATHARINA Theologo atque Philosopho quondam Academiae nostrae celeberrimo, GEORGIO PASCHIO, in matrimonium datae, nunc post coniuges amantissimos matre quoque dulcissima orbatae; quibus cum sororias in hoc luctu iungunt querelas SOPHIA MARGARETA & MARIA CHRISTINA, virgines virtutibus sexum suum ornantibus condecoratissimae. Primum vero genitus ex filiis est HENRICVS CHRISTIANVS, artem medendi dudum professus, inque exteris degens oris; alter MATTHIAS NICOLAVS, Eloquentiae & Poeseos in Academia Giessensi Professor publicus, Academiaeque hoc ipso anno Rector Magnificus, qui anno cło 1633 coniugem sibi adsciuit CATHARINAM MAGDALENAM, ex patritia apud Francofurtenses gente Birghdeniorum oriundam; tertius SEBASTIANVS, Philosophiae Moralis & Poeseos in hac Academia Professor Ordinarius Collegaque noster honoratissimus, ANNAE LOBEDANZIAE, Praefecti Regii Flensburgensis filiae, anno cło 1634 coniugali foedere coniunctus; quartus denique IOEL IOANNES, iuris vtriusque Candidatus clarissimus, variis obitis peregrinationibus nuper redux factus. In qua optimorum filiorum filiarumque serie vti mater maxima sibi gaudia quaesuit quaesitaque inuenit; ita, cum ex his quos reliquit decedens liberis XII nepotum auia facta sit, quos plerosque omnes vidit & coram complexa est, quam incredibili voluptati id ipsi fuisse putamus? Post amissum die II. Aprilis anno cło 1694. desideratissimum coniugem, vidua non repetitis votis egit istos perpetuos XIX annos inter pietatem summam, atque virtutes eas omnes, quas Apostolus id genus mulieribus praescripsit, in id praecipue intenta, vt natis suis quacunque ratione iret consultum; quos sicut domi cum haberet, id maxime dedit operam, vt adolescerent recte, & optima quaeque induerent animis, ita de iis, cum iam adulti ac suae spontis facti essent, nunquam non optime voluit mereri, iisque quibus possit modis prospicere. Ex quo id consecuta est, vt neque vita eius vnquam ei acciderit molesta, & nunc ipsius obitus verissimis & a-

maris.

mariffimis lacrimis deploretur. Ceterum, quod ex diuino arbitrato tranfigendum ipfi restabat tempus, vt antea quoque consueuerat semper, priuato publicoque Numinis cultui, & beneficentiae in pauperes & afflictos, reliquisque virtutibus, Christiana matrona dignis, quibus illam vsque deditam, fuisse tota ciuitas nouit, impendit, nihilque adeo istorum intermisit officiorum, quae piam decere poterant viduam. Parabat sibi sic praesidia aduersus quaecunque vitae huius mala, quibus illa non minus, quam quilibet Christianorum, se expositam sentiebat. Postquam enim non vnis, iisque grauissimis calamitatibus priuatis quassata adhuc iactataque fuerat: publicas quoque belli, patriam hodie nostram infestantis, tempestates experiri cogeatur. Quae tamen omnia tantum abest vt animum, praeceptis Christi adfuetum, veraque pietate munitum fregerint, vt eidem potius perpetuo in memoriam reuocauerint, multa perpetienda esse Christianis, quibus nempe paucae admodum aut fere nullae voluptatibus deliciisque affluentes, sed multis dolorum nebulis imbrisque obscuratae dies a DEO sunt praedictae. Acquieuit itaque aequa mente in supremi Numinis voluntate, sine qua nihil nobis accidere quicquam vel prosperi vel aduersi posse sciebat. Atque ita recta planaue via ad mortem perque mortem ad ipsam immortalitatem contendit: quo consilio iam ante annum fragilitatis suae ac fugacis memor vitae, capulum suis exuuiis, si ex hac terra abiret, colligendis fieri curauit. Iam diu est, quod nunquam non ferme cum languore & infirmitate aliqua conflictata est. Quo accedebat aetas grandior, quae vt morbus per se est, ita nos magis obnoxios aegritudinibus facit. Maxime autem quadriduo ante beatum obitum de deiectis prostratisque ex continua feбри viribus conquesta, perpetuo prope ciborum fastidio tenebatur; unde cum nihileffet, quo corporis vigor aleretur fulcireturque, vires adeo necessariae penitus collapsae sunt. Non defuerunt quidem, qui pro salute & incolumitate eius assiduis precibus misericordiam DEI implorarent, liberi; non defuerunt, quibus morbi violentiae obuiam iri posse sperabant, praestantissimae experientissimorum Medicorum WILHELMI HVLDERICI WALDSCHMIDII, & CHRISTOPHORI BVRCHARDI medicinae; non cetera quoque auxilia, quae iacentem fouere poterant ac leuare; sed nihil horum omnium profuit, quin ex omnibus potius, quae aderant, indiciis mortem propius abesse, quilibet quasi auguraretur. Quod cum & ipsa Nostra veluti praesagiret, quo tanto paratior & alacrior ex hoc vitae theatro discederet, de sacro viatico mature sibi prospexit, non parum in eo praesidii aduersus terrorem mortis positum ducens. Animo igitur ad hunc modum egregie comparato ac instituto, inter medias adstantium filiorum filiarumque preces, quibus cum sua, frequenter suspiria miscebat, a. d. XXVIII Ianuarii sub II. pomeridianam integris sensibus & placide exspirauit, cum vixisset annos LXVI. menses XI. & diem vnum. Funus efferetur hodie ab hora VIII. vespertina Bordschholmium deuehendum. Quare vos, OPTIMI CIVES, & nominis KORTHOLTIANI fautores quaesumus & adhortamur, vt pia memoria dotes virtutesque Nobilissimae matronae nobiscum recolatis. Hac enim pietate magis de defuncta nostra merebimur, quam si ambitioso luctu & saepe ad ostentationem tantum compositis questibus eandem prosequamur. P. P. ipsis Kalendis Februarii anno recuperatae gratiae clō lcccxiii.

33

LBMV Schwerin


000 314 889




Landesbibliothek
Mecklenburg-Vorpommern
Günther Uecker

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn1733542701/phys_0007





NEQVE T
 AB INGEN
 AVT AB ART
 QVIN POTIVS A
 ET A DOLOR
 EXIGVVM HOC MAGNI AM
 MAESTI
SEBASTIAN V
 PHIL. MOR.
 CVI ACER
 OMNI AQ
 ET IC
 PLANE I
 EX QVO IDEM CVM
 NON SOLVM ANNAM C
 SED ETIAM FLENSB
 ANNAM GVDIAM, MA
 KILONII ET IPSAM MATR
 ROSFOCHII
 LINDEMANNAE SORORIS SV
 IDEOQVE TRIBVS AN
 QVATVOR
 FVNERAQVE FV
 ET LACRIMIS SVIS ET
 ABI
 ET HOC NIMIAE FRAGILIT
 VITAM NOSTRAI
 ET E MOMENTO PE
 DISCE, VEL SECVNDIS
 QVVM CERTA MORTIS
 PROINDE TOTA VITA
 VT IN
 NON TAM VI
 QVAM MO
 CO



SSENIA
 NDIAM,
 IS INSIGNE;
 DESIDERIVM,
 T FLETVS.
 DOLORIS MONVMENTVM
 OSVIT
RTHOLTVS,
 EOS PROF.
 DLORES
 TALIA,
 ICO
 KERE,
 TVM EXPERTVS,
 I SIBI VITA CARIOREM,
 AM DEFVNCTAE,
 CO SIBI DILECTAM,
 M OPTIMAM ANNAM,
 ANNAM,
 M VNICAM ET NVBILEM,
 DVM CIRCVMACTIS,
 AMISIT,
 CVMVLATA
 PROSEQVTVS EST.
 MANAE EXEMPLO DISCE,
 VISSIMO FILO,
 AETERNITATEM.
 ORTVNAM VERERI,
 HIL SIT INCERTIVS.
 ITATIO SIT MORTIS,
 RE
 M MORTE,
 VM VITA